



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 224

De haeresi Manichaeorum. Cap. XIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29805

RERVM MEMO. LIB. .VII.

nore circumstantium ruerit, ac non multo post morte subita condemnatur.

AVRELIANVS regnat annis sex.

Caput XII.

CVI Probus succedit, cui & totidē annis consummato, Gaius cum filijs Numeriano & Carino succedit. Quibus in breui consummatis, regnat Diocletianus, sed paulo ante imperium eius Dionysius Romanus pontifex obiit.

DIONYSIVS PAPA SEDIT AN-

nis nouem. Gaius cum filijs regnat duobus annis nec integris.

Cap. XIII.

BEatus quoq; qui tunc meruit rapi de mūdo, ne videret mala quæ iste Diocletianus mox intulit ecclesijs vltra q̄ credi potest. Tunc apostolatus succedit Felix, quo tempore Manes magus quidā, secundū nomen suū insaniens, Perses genere, à quo & Manichæorum hæresis, nouam sectam facit, & dogmata quædam profert, à diuersis mutuata hereticis, & nunc Christum se simulat, nunc paraclerum se nominat. Et elegit duodecim ad similitudinem Christi discipulos.

FELIX Papa fedit annis sex.

Caput XIII.

IGitur Felice Papa cōsummato, Euthicianus succedit: quo in breui cōsummato, Gaius episcopus eligitur. Hic iam tempore Eusebij xv. annis sacerdotio perfunctus, Marcellum relinquit successorē, quē iam tempus persecutionis inuenit.

E. iij